Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

HELVETIA
CVM FINITIMIS REGIONIBVS
CONFOEDERATIS.

Reſpublica Helvetiæ, tribus partibus conſtat,

Prima *pars ſunt 13. pagi, quos Itali Cantones, Ort Germani vocant. Hi ſoli hoc iuris habẽt præ alijs confœderatis, quod de omnibus ad communem Remp. Heluetiorum pertinentibus in publicis cõuentibus deliberant, & ſuffragia ferunt, omniumq; totius ciuitatis commodorum & incommodorum participes ſunt. Præfecturas quas ſimul acquiſierint, pari iure adminiſtrant, & reliquæ prædæ publicè ex æquo participes ſunt.*

5. *Tigurum 30 20: 46 58. acceſſit fœderi trium pagorum. Anno Domini 1 3 5 1.*
8. *Berna. 29 2: 46 38. fœderi Heluetico iuncta eſt anno 1 3 5 5.*
4. *Lucerna 29 53: 46 42. Anno 1 3 3 2. perpetuo fœdere tribus primis pagis iuncta eſt.*
1. *Vria, Vren 30 25: 46 22.*
2. *Suitia, Svvitz 30 25: 46 34.*
3. *Under vvalden 30 3: 46 30.*

hæ primæ inter ſe fœdus conſtituerunt anno 1 3 0 8.

6. *Tugium, Zug 30 10: 46 45. anno 1 3 5 2. ſex pagis acceſſit.*
7. *Glarona 30 47: 46 32. ſimul cum Tugio idem fœdus inijt.*
11. *Baſilea 29 15: 47 29. anno 1 5 0 1. ſe decem pagis confœderauit.*
9. *Friburgum 28 44: 46 28.*
10. *Salodorum 29 5. 46 57.*

ſimul anno 1 4 8 1. in numerũ pagorum communi conſenſu receptæ ſunt, & ſic ciuitas Heluetica 10. pagis conſtitit

12. *Scaffhuſen 30 24. 47 26. anno 1 5 0 1. in pagorum numerum recepta, cum 11 pepigit.*
13. *Abbatiſcella 31 19: 46 52. anno 1 5 1 3 in numerum pagorum recepta eſt. Huius pagi agri in 12 partes, ſiue ordines diuiſus eſt, quas ibi Roden vocant, quarum ſex coniunctæ pago, interiores dicuntur, Reliquæ exteriores Deliguntur autem è ſingulis partibus Senatores æquali numero 12. qui toti regioni cõſulant, & ſiunt in vniuerſũ 144 Senatores.*

Secunda *pars ſunt confœderati,*

Abbas *& oppidum S. Galli 31 18: 47 1. confœderatum eſt 4. pagis Heluetiorum anno 1 4 5 5. Et poſt anno 1 4 5 4. cum ſex pagis, Tiguro, Berna, Lucerna, Suitia, Tugio, & Glarona in perpetuum.*

Retorum *populus Graupondter cum 7. vereribus pagis æternum fœdus pepigit, anno 1 4 9 7. Curienſes verò 31 26: 46 15. quorum ſocietas domus Dei vocatur, anno 1498. Tertia ſocietas quæ decem iudiciorum vocatur cum Heluetijs non pepigit, ſed quia duabus prioribus, æterno fœdere cohæret, etiam Heluetijs amicitiam & ſocietatem fidem præſtat.*

Sedunum *29 1: 45 34. cum Valeſia tota fedus æternum inijt cum Bernatibus, anno 1475. Et poſt cùm religionis controuerſia orta eſſet, Adrianus Epiſcopus Sedunenſis, & ſeptem decumæ Valeſianorum fœdus fecère, anno 1533. Friburgi cum 7. pagis Heluetiæ, qui ex integro Romanæ Eccleſiæ adhærent, ij ſunt Lucerna, Vria, Suitia, Vndervvaldia, Tugium, Friburgum, Salodorum.*

Rotvveil *(in Indicæ Germaniæ eſt) primò fœdus inijt cum Heluetijs, anno 1463. in annos 15. quod aliquoties renouatum, anno demum 1519 perpetuò ſancitum eſt.*

Mulhuſen *(in Indicæ Germaniæ eſt) anno 1468. Heluetijs fœdere iuncta eſt.*

Bienna, *Biel, 28 46: 46 52. Bernatibus ſe fœdere iunxit annis 1303. 1306. 1352. ac 1367 arctiſſimè.*

Geneua *ius ciuitatis cum Bernatibus pepigit, idq; arctius firmauit, anno 1536. nondum tamen communi pagorum ciuitati inſerta eſt. Sita eſt in long. 27 32. lat. 45 48.*

Tertia. *Præfecturæ armis, aut ſpontanea deditione cõquiſitæ*

Turgea, *Turgovv 29 50: 47 0. anno 1460. in poteſtatem Heluetiorum redacta, cui ſeptem vetuſtiores pagi imperant.*

Aquenſis, *Baden, 30 2: 47 9. ſubiugata anno 1415. cui 8. primi pagi imperant.*

Rheguſti *31 30: 46 55. anno 1491. conquiſita, à pagis ſeptem primis & decimotertio regitur.*

Sarunetum, *Sarungans 31 15: 46 24. anno 1483. à Georgio VVerdenbergenſe Comite, 7. primis pagis venditum à quibus & regitur,*

Liberæ *Prouinciæ 29 55: 47 0. captæ anno 1415. ſeptem veterum pagorum imperium agnoſcunt.*

Lugano *30 51: 45 10.*
Locarno *30 27: 45 15.*
Mendreſium *30 50: 45 6.*
Vallis Madia *30 17: 45 20.*

Hæ 4. Præfecturæ ex dono Maximiliani Sfortiæ ducis Mediolanenſis, anno 1513. in Heluetiorum poteſtatem peruenère, his omnes pagi præſunt, excepta Abbatiſcella.

Bilitionum, *Bellizona 30 36: 45 24. huius imperium tribus primis pagis confirmatum eſt, anno 1513.*

Valeſia *complectitur 3. populos, & tria fœdera*

Duo *priores ſunt Viberi & Seduni, qui vno nomine Liberi Valesij ſuperiores dicuntur, & in 7. conuentus, quos decumas, vel deſenas vocant, diuiſi ſunt*

Veragri *qui & Valeſiani inferiores, ſuperiorum imperio parent, omnium tamen Princeps eſt Epiſcopus Sedunenſis, qui ſummam, tam in Eccleſiaſticis, quam in ciuilibus rebus authoritatem obtinet, & Comes atque Præfectus Valeſiæ nominatur.*

Comitatum *hic inuenio VVerdenberg 31 23: 46 38. & Baronatum Sax. 31 23: 46 40.*

Hæc ex Ioſia Simlero Tigurino, qui Remp. Heluetiorum optima methodo, & doctiſſimè deſcripſit ſumpta ſunt. Quædam autem eorum quæ hic numeris indicata ſunt, in particularibus Heluetiæ tabulis quærenda ſunt.

Meridiani poſiti ſunt pro ratione Paralleli 46 20. ad circulum maximum.